



á-nima me- a in átri- a Dómi-ni. Gló- ri- a Patri.

**E u o u a e.**

Ô Dieu, notre protecteur, tournez les yeux vers nous, et contemplez la face de votre Christ :  
car un seul jour dans vos parvis est meilleur que mille

✠ Qu'ils me sont délicieux vos tabernacles, ô Seigneur des armées:  
mon âme aspire, et défaille pour les parvis du Seigneur.

**ORAISON**

Custodi Domine, quaesumus,  
Ecclesiam tuam propitiatione perpetua :  
et quia sine te labitur humana mortalitas,  
tuis semper auxiliis et abstrahatur a  
noxiiis, et ad salutária dirigatur. Per  
Dóminum nostrum Jesum Christum  
Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in  
unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia  
sæcula sæculórum.

Veillez sur votre Eglise, nous vous en  
supplions Seigneur, par une perpétuelle  
propitiation : et parce que sans vous la  
nature humaine ne connaît que la chute,  
que par votre secours elle soit perpétuel-  
lement arrachée à ce qui la perd, et con-  
duite vers les biens salutaires. Par notre  
Seigneur Jésus-Christ votre Fils qui vit et  
règne avec vous en l'unité du Saint-  
Esprit, dans tous les siècles des siècles.

✠ Amen

\*\*\*

**ÉPÎTRE**

Gal 5, 16-24

**Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Galatas**

Lecture de l'épître de saint Paul Apôtre aux Galates

Fratres : Spiritu ambulate, et desideria  
carnis non perficietis. Caro enim concupiscit  
adversus spiritum, spiritus autem adversus  
carnem: hæc enim sibi invicem adversantur, ut  
non quæcumque vultis, illa faciat. Quod si  
spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta  
sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio,

Frères : laissez-vous conduire  
par l'esprit, et vous ne donnerez pas  
satisfaction aux désirs de la chair.  
Car les désirs de la chair sont con-  
traires à ceux de l'esprit, et ceux de  
l'esprit contraires à ceux de la  
chair; entre eux il y a opposition, en  
sorte que vous ne faites pas ce que

immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidia, homicidia, ebrietates, commessiones, et his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem Spiritus est: caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversus hujusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.

vous voulez. Mais si vous vous laissez conduire par l'esprit, vous n'êtes plus sous la domination de la Loi. On sait ce que produit la chair : fornication, impureté débauche, idolâtrie, magie, haines, discorde, envie emportements, cabales, dissensions, factions, jalousies, meurtres, beuveries, orgies et autres choses semblables. Je vous en préviens, comme je l'ai déjà fait; ceux qui s'y livrent n'auront point de part au royaume de Dieu. Le fruit de l'esprit au contraire est charité, joie, paix, patience, affabilité, bonté, longanimité, mansuétude, fidélité, douceur, tempérance, chasteté.

GRADUEL  
Ps. 117, 8 V. 9


GR. V

B

O- num est confi- de- re in Dó- mi- no,



quam confi- de- re in hómi- ne.




V. Bonum est



Handwritten red musical notation for the first line.

spe-rá-re in Dó-mi-no, quam spe-rá-



Handwritten red musical notation for the second line.


re in princí-pi-bus.

*Il est bon de se confier au Seigneur plutôt que que se confier dans les hommes, et de psalmodier à l'honneur de votre nom, ô Très-Haut.*


*Il est bone d'espérer dans le Seigneur, plutôt que d'espérer dans les Princes.*

ALLELUIA

Ps. 94,12



VII



A

Handwritten red musical notation for the first line of the Alleluia.

L-le-lú- ia.



Handwritten red musical notation for the second line of the Alleluia.

V. Ve-ní-te, exsulté-mus Dó-mi-no :

iu-bi-lé-mus De-o sa-lu-tá-ri

no-stro.

☩ Venez, exultons dans le Seigneur: jubilons à Dieu notre Sauveur.

### CHANT DU SAINT EVANGILE

Matth. 6, 24-32

#### Sequentia Sancti ☩ Evangelii secundum Matthæum.

Suite du Saint Evangile selon saint Matthieu.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, et alterum diliget: aut unum sustinebit, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire, et mammonæ. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque

En ce temps-là, Jésus dit à ses disciples: « Nul ne peut servir deux maîtres: ou bien il haïra l'un et aimera l'autre, ou bien il s'attachera à l'un et méprisera l'autre. Vous ne pouvez servir Dieu et l'argent! Voilà pourquoi je vous dis: ne vous inquiétez pas pour votre vie, de ce que vous mangerez, ni pour votre corps de quoi vous le vêtirez. La vie n'est-elle pas plus que la nourriture, et le corps plus que le vêtement? Voyez les oiseaux du ciel: ils ne sèment ni ne moissonnent, ils n'amassent point dans des greniers, et

congregant in horrea: et Pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem foenum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, et justitiam ejus: et hæc omnia adjicientur vobis.

votre Père céleste les nourrit ! Ne valez-vous pas beaucoup plus qu'eux ? Qui d'entre vous d'ailleurs peut, en s'en inquiétant, ajouter une seule coudée à sa taille ? Et du vêtement, pour quoi vous inquiéter ? Observez les lis des champs, comme ils croissent : ils ne travaillent ni ne filent. Or je vous dis que Salomon lui-même, dans toute sa gloire, n'a pas été vêtu comme l'un d'eux. Si donc Dieu revêt ainsi l'herbe des champs, qui est aujourd'hui et qui, demain, sera jetée au four, ne le fera-t-il pas bien plus pour vous, gens de peu de foi ? N'allez donc pas vous inquiéter et dire : que mangerons-nous ? ou : que boirons-nous ? ou : de quoi nous vêtirons-nous ? De tout cela les païens se préoccupent. Votre Père céleste sait que vous en avez besoin. Cherchez donc premièrement le royaume de Dieu et sa justice, et tout cela vous sera donné par surcroît. »


\* \* \*

## OFFERTOIRE

Ps. 33, 8-9, V 1, 2, 6

## OF. VIII


**I** Mmít-tet án-ge-lus Dó-mi-ni  
in circú-i-tu ti-mén-ti-um e-um, et



e- rí- pi- et e- os : \* gu- stá- te et




vi- dé- te, quó- ni- am su- á- vis est




Dó- mi- nus. *V. 1.* Be- ne- dí-



cam Dó- mi- num in omni tém-



po- re : semper laus e- ius in o-



re me- o. *V. 2.* In Dómi- no laudá- bi- tur

á-ni- ma me- a : áudi- ant man-


su- é- tí et laetén- tur : magni- fi- cá- te

Dó- mi-num me- cum et ex- alté- mus nomen e- ius

in ín- vi- cem. V. 3. Accé- di- te ad

e- um et il- lumi- námi- ni et vul- tus ve-


stri non e- ru- bé- scent. Iste



pauper cla- má- vit et Dó- mi-nus ex- au-dí- vit



e- um et ex ó-mni- bus tri-bu-la-ti- ó-ni-bus



e-ius li-be-rá- vit e- um. \* Gustáte.

*L'Ange du Seigneur sera envoyé au milieu de ceux qui le craignent, et il les arrachera:  
goûtez et voyez, combien le Seigneur est suave.*

*✠ 1. Je bénirai le Seigneur en tout temps; sa louange sera toujours dans ma bouche.*

*✠ 2. Dans le Seigneur mon âme se glorifiera : que les doux m'entendent,  
et qu'il se réjouissent.*

*✠ 3. Accédez jusqu'à lui, et vous serez illuminés, et vos visages ne seront point confondus.*

### SECRÈTE

Concede nobis, Domine, quæsumus, ut hæc hostia salutaris, et nostrorum fiat purgatio delictorum, et tuæ propitiatio potestatis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

*Accordez, nous vous en supplions Seigneur, que cette hostie du salut nous soit la purification de nos fautes d'une part, et la conciliation de votre puissance d'autre part. Par notre Seigneur Jésus-Christ votre Fils qui vit et règne avec vous en l'unité du Saint-Esprit, dans tous les siècles des siècles.*

✠ Amen


\*\*\*

## COMMUNION

Mat. 6, 33

CO. VIII

P



6. Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudivit eum : \* et de ómnibus tribulatióibus ejus salvávit eum.

*Ce pauvre a crié, et le Seigneur l'a exaucé; et il l'a sauvé de toutes ses tribulations.*

7. Immittet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum : \* et erípiet eos.

*L'ange du Seigneur se tient au milieu de ceux qui le craignent, et il les délivre.*

8. Gustáte, et vidéte quóniam suávis est Dóminus : \* beátus vir qui sperat in eo.

*Goûtez et voyez combien le Seigneur est suave ! Heureux l'homme qui espère en lui!*

\* \* \*

9. Timéte Dóminum omnes sancti ejus : \* quóniam non est inópia timéntibus eum.

*Craignez le Seigneur, vous tous ses saints; car il n'y a pas d'indigence pour ceux qui le craignent.*

10. Divites eguérunt et esuriérunt : \* inquiréntes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

*Les riches ont connu la disette et la faim; mais ceux qui cherchent le Seigneur ne manquent d'aucun bien.*

11. Veníte, fílii, audíte me : \* timórem Dómini docébo vos.

*Venez, mes fils, écoutez-moi; je vous enseignerai la crainte du Seigneur.*

12. Quis est homo qui vult vitam : \* díligit dies vidére bonos ?

*Quel est l'homme qui désire la vie, et qui aime à voir d'heureux jours?*

\* \* \*

13. Próhibe linguam tuam a malo : \* et lábia tua ne loquántur dolum.

*Préservez votre langue du mal, et que vos lèvres ne profèrent pas la tromperie.*

14. Divérte a malo, et fac bonum : \* inquire pacem, et perséquere eam.

*Détournez-vous du mal, et faites le bien; recherchez la paix et poursuivez-la.*

15. Oculi Dómini super justos : \* et aures ejus in preces eórum.

*Les yeux du Seigneur sont sur les justes, et Ses oreilles sont ouvertes à leurs prières.*

16. Vultus autem Dómini super faciéntes mala : \* ut perdat de terra memóriam eórum.

*Mais le visage du Seigneur est sur ceux qui font le mal, pour exterminer leur mémoire de dessus la terre.*

\* \* \*

17. Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivit eos : \* et ex ómnibus

*Les justes ont crié, et le Seigneur les a exaucés; et Il les a*

tribulatióibus eórum liberávit eos.

*délivrés de toutes leurs tribulations.*

18. Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt corde : \* et húmiles spírítu salvábit.

*Le Seigneur est près de ceux qui ont le coeur affligé, et Il sauvera les humbles d'esprit.*

19. Multæ tribulatiónes justórum : \* et de ómnibus his liberávit eos Dóminus.

*Les tribulations des justes sont nombreuses, et le Seigneur les délivrera de toutes ces peines.*

20. Custódit Dóminus ómnia ossa eórum : \* unum ex his non conterétur.

*Le Seigneur préserve tous leurs os; il n'y en aura pas un seul de brisé.*

\* \* \*

21. Mors peccatórum péssima : \* et qui odérunt justum, delínquent.

*La mort des pécheurs est affreuse, et ceux qui haïssent le juste sont coupables.*

22. Redimet Dóminus ánimas servórum suórum : \* et non delínquent omnes qui sperant in eo.

*Le Seigneur rachètera les âmes de Ses serviteurs, et tous ceux qui mettent leur espérance en Lui ne seront point frustrés.*

Glória Patri, et Fílio, \* et Spírítui Sancto.

*Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit.*

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \* et in saécula saeculórum. Amen.

*Comme il était au commencement, et maintenant, et toujours, et dans les siècles des siècles. Ainsi-soit-il.*

#### POSTCOMMUNION

Purificent semper et muniant tua sacramenta nos, Deus : et ad perpetuae ducant salvationis effectum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

*Que vos sacrements nous purifient et fortifient sans cesse, ô Dieu, et qu'ils nous conduisent dans la jouissance du salut éternel. Par notre Seigneur Jésus-Christ votre Fils qui vit et règne avec vous en l'unité du Saint-Esprit, dans tous les siècles des siècles.*

**R̄. Amen**

\* \* \*